



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 29. Odeti Fuxi Lautreci Toparchæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.** politanos brevi ad deditonem compulsum;  
**A.C. 1528.** rum; hinc jam de honore suo, datæque  
 fidei Religione ageretur. Ast eum nimia  
 promittendi facilitate excessisse, even-  
 tus docuit; quippe Gallorum castra pri-  
 mo in valetudinarium, demum ve-  
 ro in mortuorum cæmetrium conver-  
 sa videbantur, ac Valdemontii Comes,  
 qui solus exercitus Imperio idoneus Lau-  
 treco succedere potuisset, ex Nobilibus  
 primus lue infectus periit. Hujus obi-  
 tum brevi sequebantur Carolus Nothus  
 Navarræ Regis frater, Camillus, Tri-  
 vultius, pluresque alii generis nobilita-  
 te clarissimi. Pari morbo, fatoque Lau-  
 trecus succubuit, mortuus nocte inter  
 decimam quintam & decimam sextam  
 media hoc anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo vigesimo octavo.

### §. XXIX.

#### *Odeti Fuxi Lautreci Toparchæ obitus.*

**E**nimvero Lautrecus obitu suo demon-  
 strabat, haud immerito ab Hispanis  
 eidem persæpe exprobratum, quod ma-  
 luerit proprii judicij impetum sequendo  
 deviare, quam aliorum consiliis aquie-  
 scendo rectam semitam calcare. Cete-  
 rum corpus ejus Neapolin delatum in  
 quadam cella vinaria includebatur, ubi  
 abs

abs dubio sepultura caruisset, nisi vige- **Sæcul XVI.**  
 simo octavo post anno quidam Nobilis **A.C. 1528.**  
 Hispanus, ejus ossa, quæ ab illius fa-  
 mulis in quodam vilissimo tumulo recon-  
 dita fuere, honorifica sepultura deco-  
 rasset. Hic enim Neapoli in Ecclesiæ *dans l'elogie*  
*Paul. Jov.*  
*Sanctæ Mariæ Novæ in Sacello Sueßiæ de M. Lautr.*  
*Brantome*  
*Ducis valde magnificum extrui curavit Mem. du*  
*ex marmore monumentum, cui inscul- Bellay l. 3.*  
 pta legitur latina hæc Inscriptio:

### ODETO FUXIO LAUTRECO.

*Gonsalvus Ferdinandus filius Ludovici  
 Corduba,*

*Magni Gonsalvi Nepos,*

*Cum ejus ossa, quamvis hostis, ut belli  
 fortuna tulerat,*

*Sine honore jacere comperisset,  
 humanarum misericiarum memor,*

*ita*

*In avito Sacello, Duci Gallo Hispanus  
 Princeps posuit.*

Porro uxorem habuit Lautrecus Ca-  
 rolinam Albretam tertio genitam Joan-  
 nis de Orvalio filiam, ex qua præter  
 Gastonem, Franciscum, & Henricum  
 filios, qui juvenili admodum ætate de-  
 cesserant, filiam quoque suscepit Clau-  
 diam de Fuxo, quæ prius Guidoni Val-

F f 2 lis-

**Sæcul. XVI.** lis - Guidonis Comiti, postea vero se-  
**A.C. 1528.** cundis nuptiis Carolo Lucemburgico  


---

 Martigiensi Vice-Comiti copulata fuit.  
 Defuncto summus Pontifex Romæ,  
 Franciscus vero Galliarum Rex Parisiis  
 in Ecclesiæ B. V. sumptuosissimis exe-  
 quiis parentavit.

## §. XXX.

*Galli soluta Neapolis obsidione Aver-  
 sam profugi.*

**Guicci. l. 19.** **L**autreco vivis erepto Salutiarum Mar-  
**Paul. Jov.** chio subrogatus, Galici exercitus  
**hist. lib. 28.** reliquiis imperabat, atque inter primas  
**Belcar. l. 20.** muneras curas habebat, ut Renceio de  
**Raynald.** Ceris necnon Melphitanio Principi lite-  
**num. 10.** ras daret, quibus eisdem injungeret, ut  
 cum copiis accurrerent, suamque ope-  
 ram ad solvendam Neapolis obsidionem  
 jungerent. Eo tempore Melphitanus  
 Cajetam tam arcta obsidione prefficerat,  
 ut cives pene ad incitas redegisset, nisi  
 Auria duodecim triremibus instructus  
 urbi commeatum intulisset. Nihilomi-  
 nus tamen Salutiarum Marchio Mel-  
 phitani adventum haud præstolabatur,  
 sed quantocius concubia nocte castra  
 movit; cum vero fugam adeo clam ar-  
 ripere haud posset, quin id Cæsareis in-  
 notesceret, hinc præsidarii milites ex  
 urbe Neapolitana unaomnes eruperunt.

cun-